

1513. in Maja. v. Junio. Ex Brig. Arch. Regni

91

Consensus super exemptione ville  
Rathaië.

Sigismundus Dei gratia rex, Poloniae ma:  
gnus Dux, Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque Domi:  
nus et haeres. Significamus tenore presenti:  
um, quibus expedit universis. Quia supplica:  
tionibus certorum Consiliariorum nostro pro  
Generoso Hieronimo Mossinski De Bdnim no:  
bis porrectis permoti, sibi bona nostra re:  
galia villam Rathaië in terra Calisiensi  
et Districtu Mecynensi sicut de manibus Gene:  
rosi Alberti Potulicki Castellani Kame:  
nensis in summa pecuniarum in eisdem  
bonis nostris juste et legitime inscripta  
exemere et eliberare consensimus ac ad:  
missimus, summam tamen capitalem non  
augeri nec excedere, consentimusque et ad:  
mittimus presentium tenore mediante per  
ipsam Hieronimum Mossinski, et ipsius suc:  
cessores legitimos, bona prefata juxta viam  
et contentiam litterarum originalium de:  
super juste et legitime emanatarum, te:  
nen habere, uti fruen, pacifice quoque  
et quiete possiden, tandem donec sibi vel  
ipsius successoribus legitimis summa in eis:  
deum bonis juste et legitime inscripta per  
nos sive successores nostros plenarie et  
integraliter fuerit persoluta. Qua sola:  
ta, possessio tandem Dictarum bonorum  
ad nos et successores pleno jure redibit,  
et devolvetur, juribus nihilominus nostris

regalibus



regalibus semper salvo. Harum quibus  
Sigillum nostrum est subappensum testimo:  
nio literarum. Datum Lanciae feria quin:  
ta in octava divinisissimi corporis Christi.  
Anno Domini Millesimo quingentesimo tredecimo.

Mathias D. Episcopus et Cancellarius  
Relatio Reverendi in Christo patris  
Domini Mathie Episcopi Cracovien  
et regni Poloniae Cancellarij.

Ta Kopia przepisana z Oryginalu  
pargaminowego Dnia Dwudziestego  
pierwszego miesiaca Stycznia Roku  
Panckiego 1785go u ktorego Datu na  
Zawiasce pargaminowej wisi piecze  
wielka Janu Oryginal Zamitlowany.